



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

II. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Antoninus Mariani honoris defensor hæreticum in Eam blasphemum igni comburendum adjudicavit. Adfuit morienti spectabilis Virgo, quam ille sequentibus salutans: Sancta & Immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam? nescio, expiravit: *Nad.* Etiam qui immortalia gesserunt, morti sunt obnoxii.

O S. Antonine affectuum tuorum, quibus in Mariam ardebas, partem mecum divide, ut licet ejus laudes nulla lingua dignè celebrare possit, coner tamen; quantum vires meæ possunt eas extollere. Quod uti nunc inchoo, ita utinam non finiam in æternum O Sanctissima Dei, & mea, Mater preciosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: pium cum Mariophilorum aliquo certamen inibo, quis excellentiori elogio Mariam compellare possit.

Omnium Sanctorum, quos per spiritualem gratiam mediante Virgine regeneravit Deus, dicitur Mater ipsa Virgo, imò etiam Angelorum dicitur Mater, quia ipsâ mediante eorum restaurata est ruina. *B. Albert. M. tra. sup. mis.*

Quæstio: An præstet Mariæ laudes propriis intermittere, quàm eas non dignè commendare?